



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conferentiæ Theologico Morales

Compendiosè propositæ ac breviter resolutæ Ad Usum Directorum
Conferentiarum Hebdomadalium ... DD. Parochorum, Curatorum,
Confessariorúmque omnium

Ex Materia Septem Sacramentorum Atque Justitiæ De Restitutione
Excerptæ

Sargar, Eliseus

Augustæ Vindelicorum, 1720

Quando & quibus liceat baptizare extra Ecclesiam in domibus. n. 66.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41194

ctus: & ideo exacto ministerio cœpit anxie dubitare, an non omiserit, verba illa, *Ego te baptizo*, sciens probe se dixisse reliqua, *in nomine Patris &c.* An debeat repetere Baptismum cum conditione; & Cum P. Gob. cit. n. 422. minimè, eo quod distractio in tali viro non possit fundare ullum rationabile dubium alicujus omissionis. Et huc facit sapiens monitam D. Thom. 3. part. q. 3. s. 6. ad 5. ita loquentis *Nihil debet* { *Sacerdos Sacrificans quidni & baptizans* } *repetere propter eam solam causam, quod non recordatur, an hoc aut illud fecerit, aut dixerit.* Notent scrupulosi.

CONFIDENTIA. XXXVI.

66 **I**N Clementina de Bapt. cap. præsentis prohibemus. Habentur Sequentia: *Præsentis prohibemus edicto, ne quis de cætero in Aulis vel Cameris, vel alijs privatis domibus, sed duntaxat in Ecclesijs, in quibus sunt fontes ad hoc specialiter deputati, aliquos, nisi regum vel Principum, quibus valeat hoc in casu defervi, liberi extiterint, aut talis necessitas emerferit, propter quam nequeat ad Ecclesiam absque periculo propter hoc accessus haberi, audeat baptizare. Qui autem secus præsumserit, taliter per suum Episcopum castigetur, quod alii similia attendere non præsumant.* Hæc Canon. Cui videtur praxis esse contraria per germaniam: quid ergo dicendum.

& Per Principes intelligunt hic Riccius de sis, 427. & Quintanadu. Singular, tr. 1. singulari

gul. 21. omnes grandes Hispaniæ, Comites, Barones, Legatos Regum, & universim omnes habentes Jurisdictionem temporalem, id circa idem permittitur [sed non nisi in sacello vel Oratorio, nisi necessitas excuset] nobilibus in germania, præsertim imperialibus. Porro necessitas, ob quam Clementina etiam alijs inferioris conditionis concedit Baptismum privatam, non debet esse insuperabilis, sed sufficit probabile periculum fore, ut, nisi baptizetur infans extra Ecclesiam, vel sine Baptismo moriatur, vel timenda sit infirmitas; vel si infans non possit deportari ad Ecclesiam citrà periculum infamiæ Marronæ vel puellæ nobilis, quæ occultè peperit &c. Hæc enim & similia sufficienter tangit clementia *ibi aut talis necessitas emerferit &c.*

CONFERENTIA. XXXVII.

Conc. Trid. sess. 25. cap. 2. Hæc habet 67.
 unus tantum sive vir sive mulier juxta sacrorum Canonum instituta, vel ad summum unus & una, Baptizatum de Baptismo suscipiant, inter quos & baptizatum ipsum, & illius Patrem & Matrem, nec non inter baptizantem & baptizatum, baptizatique Patrem & Matrem tantum, Spiritualis cognatio contrahatur. Ad quæstionem igitur, utrum si Maritus & uxor assistant baptismi solemnem, contrahant inter se cognationem spirituales, facile R. negative: ratio patet ex verbis Concilij Trid. satis
 C 3 claris